



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Breui Meditationi Del Santiss. Sacramento, E della preparatione alla sacra Commvnone**

**Pinelli, Luca**

**Roma, 1654**

Hymni

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9979**

Questo che segue è cauato da S. Tomasso d'Aquino, nell'opuscolo 57. nel quale è l'offitio, e la messa del santissimo Sacramento, l'vno, e l'altro da lui composto, per commandamento del Sommo Pontefice Urbano Quarto, il quale institui la festa del Venerabile Sacramento.

*Hymnus ad primas vespas.*

**P** Ange lingua gloriosi  
 Corporis mysterium,  
 Sanguinisque pretiosi,  
 Quem in mundi pretium,  
 Fructus ventris generosi,  
 Rex effudit gentium.  
 Nobis datus, nobis natus  
 Ex intacta Virgine,  
 Et in mundo conuersatus  
 Sparso verbi semine,  
 Sui moras incolatus  
 Miro clausit ordine.  
 In suprema nocte coena,  
 Recumbens cum fratribus,  
 Obseruata lege plene  
 Cibis in legalibus:  
 Cibum turbae duodenae  
 Sedat suis manibus.  
 Verbum caro panem verum,  
 Verbo



Verbo carnem efficit,  
 Fitque sanguis Christi merum,  
 Et si sensus deficit;  
 Ad firmandum cor sincerum  
 Sola fides sufficit.  
 Tantum ergo Sacramentum,  
 Veneremur cernui:  
 Et antiquum documentum  
 Nouo cedat ritui:  
 Praestet fides supplementum  
 Sensuum defectui.  
 Genitori, genitoque,  
 Laus, & iubilatio,  
 Salus, honor, virtus quoque  
 Sit, & benedictio,  
 Procedenti ab utroque  
 Compar sit laudatio. Amen.

Hymnus ad Matutinum.

**S**acris solēnijs iuncta sint gaudia,  
 Et ex praecordijs sonent praeconia.  
 Recedant vetera, noua sint omnia,  
 Corda, voces, & opera.  
 Noctis recolitur caena nouissima, (ma  
 Qua Christus creditur agnū & azi.  
 Dedisse fratribus, iuxta legitima,  
 Priscis indulta patribus.



Post agnum typicum expletis epulis,  
 Corpus dominicū datum discipulis,  
 Sic totū omnibus, quod totū singulis  
 Eius fatemur manibus.

Dedit fragilibus corporis ferculum,  
 Dedit & tristibus sanguinis poculū  
 Dicens, Accipite quod trado vasculū,  
 Omnes ex eo bibite.

Sic sacrificium istud instituit,  
 Cuius officium committi voluit  
 Solis presbyteris, quibus sic congruit  
 Ut sumant, & dent ceteris.

Panis angelicus fit panis hominum:  
 Dat panis caelicus figuris terminū.  
 Ores mirabilis manducat Dominū,  
 Pauper, seruus, & humilis.

Te Trina deitas, vnaque poscimus,  
 Sic nos tu visita, sicut te colimus,  
 Per tuas semitas duc nos, quo ten-  
 dimus.

Ad lucem, quam inhabitas. Amen.

### Hymnus ad Laudes.

**V**erbum supernum prodiens,  
 Nec patris linquens dexteram  
 Ad opus suum exiens,  
 Venit ad vitæ vespem.

In



In mortem à discipulo  
 Suis tradendus emulis,  
 Prius in vita ferculo  
 Se tradidit discipulis.  
 Quibus sub bina specie  
 Carnem dedit, & sanguinem:  
 Vt duplicis substantiæ  
 Totum cibaret hominem.  
 Se nascens dedit socium,  
 Conuescens in edulium,  
 Se moriens in pretium,  
 Se regnans dat in præmium.  
 O salutaris Hostia,  
 Quæ cæli pandis ostium:  
 Bella præmunt hostilia,  
 Da robar, fer auxilium.  
 Vni Trinoque Domino  
 Sit sempiterna gloria,  
 Qui vitam sine termino  
 Nobis donet in patria. Amen.

Sequentia post epistolam Missæ.

**L**auda Sion Salvatorem,  
 Lauda ducem, & pastorem,  
 In hymnis, & canticis.  
 Quantum potes, tantum aude,  
 Quia maior omni laude,

Nec



Nec laudare sufficis.  
 Laudis thema specialis,  
 Pani: viuus, & vitalis,  
 Hodie proponitur.  
 Quem in sacra mensa cœna,  
 Turba fratrum duodena;  
 Datum non ambigitur.  
 Sit laus plena, sit sonora,  
 Sit iucunda, sit decora,  
 Mentis iubilatio.  
 Dies enim solemnis agitur;  
 In qua mense prima recolitur  
 Huius institutio,  
 In hac mensa noui regis,  
 Nouum Pascha, noua legis,  
 Phase vetus terminat.  
 Vetustatem nouitas,  
 Vmbra fugat veritas,  
 Noctem lux eliminat.  
 Quod in cœna Christus gessit,  
 Faciendum hoc expressit,  
 In sui memoriam,  
 Docti sacris institutis,  
 Panem, vinum in salutis,  
 Consecramus hostiam,  
 Dogma datur Christianis,  
 Quod in carnem transit panis.

Et



Et vinum in sanguinem.  
 Quod non capis quod non vides,  
 Animosam firmat fides,  
 Præter rerum ordinem.  
 Sub diuersis speciebus,  
 Signis tantum, & non rebus  
 Latent res eximia.  
 Caro cibis, sanguis potus  
 Manet Christus tamen totus  
 Sub utraque specie.  
 A sumente non concisus,  
 Non confractus, non diuisus,  
 Integer accipitur.  
 Sumit unus, sumunt mille,  
 Quantum illi, tantum ille:  
 Nec sumptus consumitur.  
 Sumunt boni, sumunt mali,  
 Sorte tamen inæquali  
 Vita, vel interitus.  
 Mors est malis, vita bonis,  
 Vide paræ summptionis,  
 Quam fit dispar exitus.  
 Fracto demum Sacramento  
 Ne vacilles, sed memento,  
 Tantum esse sub fragmento,  
 Quantum toto tegitur.  
 Nulla rei fit scissura,

Signi



Significantum fit fractura;  
 Quam nec stacus, nec statura  
 Signati minuitur.

Ecce panis Angelorum;  
 Factus cibus viatorum,  
 Verè panis filiorum,  
 Non mittendus canibus.

In figuris præsignatur,  
 Cum Isaac immolatur,  
 Agnus Paschæ deputatur  
 Datur manna patribus.

Bone pastor panis vere,  
 Iesu nostri miserere,  
 Tu nos pasce, nos tuere,  
 Tu nos bona fac videre,  
 In terra viventium.

Tu, qui cuncta scis, & vales,  
 Qui nos pascis hic mortales;  
 Tuos ibi commensales,  
 Coheredes, & sodales,  
 Fac sanctorum civium. Amen.

Añã. Ego sum panis viuus, qui de cælo de  
 scendi; si quis manducauerit ex hoc pa-  
 ne, viuet in æternum,

ÿ. Panem cæli dedit eis. R. Panem Ange-  
 lorũ manducauit homo. Oratio

Ecclesie tue quasumus Domine uni-  
 tatis, & pacis propitiis dona con-  
 cedes



cede: que sub oblatis muneribus my-  
sticè designantur. Per Dominum  
nostrum Iesum Christum, &c.

*Añ.* O sacrum conuiuium, in quo Christus  
sumitur; recolitur memoria Passionis eius:  
mens impletur gratia, & futuræ gloriæ  
nobis pignus datur.

*V.* Educas panem de terra. *R.* Et vinum,  
lætificet cor hominis. *Oratio.*

**F**ac nos quasumus Domine diui-  
nitatis tuæ sempiterna fruitione  
repleri, quæ pretiosi corporis, & san-  
guinis tui temporalis perceptio præ-  
figurat. Qui uiuis, & regnas, &c.

**A**nima Christi sanctifica me,  
Corpus Christi salua me,  
Sanguis Christi inebria me,  
Aqua lateris Christi laua me,  
Passio Christi conforta me,  
O bone Iesu exaudi me,  
Intra vulnera tua absconde me,  
Ne permittas me separari à te,  
Ab hoste maligno defende me,  
In hora mortis meæ uoca me,  
Et iube me venire ad te,  
Vt cum sanctis tuis laudem te in se-  
cula seculorum. Amen.

*Ri.*